HUGO RIPELIN DE ARGENTINA

Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 180v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

¶ Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum celi et
misit eos in terram. ¶ Trahet autem malos premiis. bo
nos per tormenta. simplices per predicationem et miracula.
¶ Cum enim iusti et sancti credebantur. adherebunt illi per libe
arbitria voluntatis. ¶ Habebit igitur secum magos et
maleficos. reges quoque et principes. ¶ Unde in apocalypsi xiii.
¶ Vidi de mari bestiam ascendentem. glossa id est antichristum
habentem capita septem et principes universos et cornua x.
id est eos qui impugnant decalogum. ¶ Nota igitur quod an
tichristus prius sui benignitate et miraculorum operatione. et tunc iu
deis suscipietur qui ei specialiter adherebunt ad quorum con
versionem veniet helyas et tunc antichristus ineptam perse
cucionem consurget. De gog et magog.

De gog et magog dicunt quidam quod sunt decem
tribus ultra montes caspios clause. tamen ita
quod bene possint exire si permitterentur. Sed non permit
tuntur a regina amazonum sub cuius dominio et dicione vi
vunt. Has dicunt iudei in fine seculi exituras et
venturas in urbem et cum suo messia ecclesias destructu
ras. ¶ Alii dicunt quod per gog et magog intelligitur exerci
tus antichristi qui in fine seculi veniet expugnare ecclesiam.
¶ Per gog secundum glossam illi per quos latenter dyabolus
persequetur fideles. per magog autem illi per quos aperte vel
idem qui tempore antichristi prius occulte et postmodum ap
te ecclesiam persecuntur. ¶ Secundum augustinum gog refertur
ad gentes. magog ad dyabolum. quia gog interpretatur
tectum. magog de tecto. De helya et enoch.

Post occultum adventum antichristi. qui est per nativita
tem et manifestum eius adventum. per predicationem
et apertam persecucionem. venient helyas et enoch et
convertent sicut dicitur malachie ultimo corda patrum ad
filios. glossa ad instructionem posterorum de fide salvato
ris in quem et ipsi crediderunt. et corda filiorum ad patres
eorum. glossa quia suscipient fidem quam illi habent